

Reverende et clarissime vir.

D. à Thill mihi exhibuit literas tuas gratissimas. De illo juvene bene spero. Deus facit, ut ipsi prodesse possim. Is jam venit eo tempore, quo lectiones absumuntur et studiosi disperguntur tum propter ferias tum propter pestis initia. Deus orandus est, ut per gratiam suam timores nostros avertat. De D. Wolzogen miror. Sed tamen etiam politici faciunt, ut non videatur invidiosus, qui non vixim ipsi credit. Nam, quos veremur cupimus, quando eos non habent, eos solent negligere, quando eos nacti sunt: neque meminunt, quid eis promiserint. Quare, si bene animati sunt erga D. Wolzogen, usque Domini debent ipsi ignoscere, si de benevolis non ~~vixim~~ tantum sperat, quantum debebat. Vestigia hoc faciunt. Equidem cupio et ipsi bene et exim bene virei de vestra Ecclesia. Tibi autem, R. Viri, gratulor labores Ecclesiasticos. Oro Deum, ut iis sufficiat, et habeas collegas concordantes. Sed sperandum est, fore, ut tandem discant modestiam, qui eam non habent. Modestia sicut et veritatis demonstratione vel vincendi sunt et laudificandi vel praeficiendi. D. Vander Hagen mihi salutem amantibus tuo nomine nuntiavit. de quo viro majorum habeo opinionem, quam olim speravi. Deus illum nichilominus esse velit. Nunc aliquid in pudore tibi impono. Johannes Ribbicus à me petit 2. exempla Summae. Is à D. Verzogen compellatur causatur pro eam, et plura se petitorum vincatur. Si scire possit, concedere ei singula exempla pro ff. 3-103. si etiam plura petitorus est. Petet autem, missa ad me pecunia. Ergo, te rogo, significes ipsi, me ei concedere exemplaria pro isto proicio, ut eum iuritem ad plura petenda. Scripsi haec hora literas, quas post ferias deum accipias. Ceterum ut intelligam, tibi non grave esse onerari à me, aliquid et mihi iussera. Salvere te cupio. Vale. Lugd.

a. d. 12. July 1669.

R. T. Indispositus
Joh. Coccius.

D. a Thill, Disapicofa.
Galzogen, Vander Hagen.
exemplis fide sumunt.

uit te lacter.

Nam non est
mihi comodum
habere bibliopolas
debitores.

Pecuniam literis nichilominus
velim ad d.
Heidani a des mittas.
Nam ego forsitan
proficiam in
Zelandiam pop
eodemmodum ostidim
aut propter propter.
uit te lacter.

